



**R. P. Georgii De Rhodes Avenionensis, È Societate Iesv,
Philosophia Peripatetica, Ad Veram Aristotelis Mentem**

Rhodes, Georges de

Lvgdvni, 1671

Qvæst. I. Natura, conditiones & variæ diuisiones enunciationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95638](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95638)

Reliqua Postpredicamenta.

Prioritatis
quatuor
modi.


EA sunt, ut dixi, quatuor, Prius, Simul, Mo-
tus, & Habere.

Prius aliquid dicitur quatuor modis. Primò tempore, quando vnum existit aliquo tempore, in quo non existit aliud; Adam v. g. tempore prior est, quam Abel. Secundò naturā, illud scilicet à quo aliud dependet; sic enim omnis causa est prior suo effectui. Tertiò dignitate, ut dominus prior est seruo. Quartò origine, quando vnum est principium alterius, sed sine illius alterius dependentia, sicut in diuinis Pater prior est origine quam Filius; procedit enim à Patre ut à principio, sed ab eo non est dependens.

Tres modi
simultatis.

Simul tribus modis dicitur. Primò tempore, ut Socrates & Plato. Secundò per existentie consequentiam, ut relata. Tertiò quæ æqualiter idem genus participant, ut equus & leo.

De motu in Physica prolixè dicam. *Habere* quid sit, nemo nescit.



DISPUTATIO III.

De secunda operatione, qua dicitur Enunciatio. Ad duos Aristotelis libros de Interpretatione.

Iudicium



Ic est alter mentis humanæ fœtus, priori, de quo hætenus dixi, longè præstantior & nobilior, sicut varia significant eius nomina; dicitur enim *Iudicium*, quatenus adhuc in mente later, quia, per illud arbitra rerum omnium velut in tribunali sedens hominis ratio, iudicat de præsentibus, præterita reuocat, occupat futura; quæ mala sunt, damnat; approbat quæ recta sunt; amplectitur veritatem, refugit falsitatem. Dicitur *Enunciatio*, propterea extra per instrumenta vocalia prodians, arcana pandit, vestit verbum mentis, & rei sine corpore ipsa corpus & figura est, nuncia mentis, interpret cogitationum, societatis humanæ nexus, animæ famula, rationis filia,educta in lucem obsterice lingua, ore cunabulo, aëre vehiculo; integra manens, & in singulis audientium auribus dispersa; collecta, & diuisa; simul nascent, & simul moriens; thesaurus in nihilo; ipsa laus, ipsa vituperium; ipsa verum, ipsa mendacium; ipsa error, ipsa scientia, in d scientiam omnium parens, de qua quidquid dixeris, per ipsam semper, & cum ipsa dixeris. Ad eam ergo accuratè declarandam progrediens, duo inuenio, quæ de illa dicam. Primum est natura eius, & variæ conditiones, ac diuisiones: secundum primaria eius proprietates, veritas & falsitas: tertium autem quod addi poterat de reliquis eius proprietatibus, æquipollentia, conuersione, oppositione, pertinet ad summulas.

Enunciatio

QVÆSTIO I.

Natura, conditiones, variæ diuisiones Enunciationis.

TRia hæc præmitti necessariò debuerunt ad declarationem integram essentia istius operationis, quæ quatenus in mente later, vocatur, ut dixi, *Iudicium*, sed compositum aut diuisum, vel melius compositio & diuisio, idest affirmatio, & negatio, assensus & dissensus: quatenus autem in ore nascitur, in aëre vehitur, in aure moritur, dicitur *Enunciatio*, propositio, prædicatio. Ut, inquam, naturam illius declararem, primò explico, quid illa sit, & qualis: secundò, quænam sint propriæ conditiones & regulæ illius in genere: tertiò quoruplex illa sit, & quænam sint regulæ singularum.

SECTIO I.

Quid sit Enunciatio.

Indifferenter hîc loquor de enunciatione mentali, vocali, & scripta; quæ duæ vltima non sunt iudicia, nisi dependent ab enunciatione intus in mente formata. Et quidditatem illius confidero, primò metaphysicè, declarando genus eius & differentiam; deinde physicè, dicendo illius materiam & formam.

S. I.

Enunciationis definitio, & comparatio eius cum prima operatione.

Dico primò. Rectè definitur enunciatio, *Actus* *Iudicatus* dependens à prima apprehensione, sine dependentia à præmissis: vel, *Est oratio, quæ aliquid affirmat, aut negat.*

Ratio est, quia iudicium intellectus, propterea à prima apprehensione distinguitur, est actus, quo intellectus determinatè cognoscit rem esse, vel non esse, affirmando, vel negando; quod potest fieri tripliciter, atque aded aliud est iudicium simplex, aliud compositum, aliud illatum. Iudicium simplex est *Actus, quo intellectus cognoscit rem esse, vel non esse independentem à prima apprehensione*; cuiusmodi iudicium habet Deus, in quo vnicus actus est simplicissimus, apprehendens, iudicans, totumque simul cognoscens. Iudicium compositum est iudicium dependens à prima apprehensione prauia, & concomitante, idest, quoties per actum vnum apprehenditur aliquid, per alium autem iudicatur. Iudicium illatum est iudicium dependens à præmissis; ut, *Homo est risibilis: ergo est rationalis.* Intellectus videlicet noster (ut notat optimè S. Thomas 1. part. quæst. 85. art. 5.) propter summam imperfectionem, cum totam non possit adæquare cognoscibilitatem obiecti, & illud totum cognoscere vnico actu simplici, distinctis indiget actibus; vno, quo rem ipsam concipiat apprehendendo; alio, quo cognoscat determinatè affirmando, aut negando; sic enim in intellectu nunquam est iudicium, quod dum elicitur, non præsupponat, saltem prius naturā, primam apprehensionem, quæ durat etiam necessariò quandiu iudicium

cium durat; nemo enim de iis iudicat, quæ actu non percipit. Verum verò apprehensio illa sufficit vnica, an verò multiplex requiratur ad iudicium, dicetur infra. Nunc satis est dicere, nullum esse posse iudicium, quod à prima apprehensione non pendeat, tum in fieri, tum in conseruari. Ex quo patet, bonam esse allatam definitionem enunciationis, cum per eam distinguatur à prima operatione, quia est actus iudicarius; à iudicio simplici, quia pendet à prima operatione distincta; ab illatio, quia non pendet à præmissis.

Distinctio
entis à sim-
plici apprehen-
sione.

Ex quibus colligi facile potest, verum discrimen enunciationis à simplici apprehensione male assignari à Vasque, in eo quod prima operatio nihil apprehendat nisi simplices terminos, & eorum significationem; enunciatum autem, apprehendat eorum connexionem. Quod sanè manifestè falsum videtur, quia per primam apprehensionem integræ propositiones cognosci possunt; non enim minus apprehendere possum copulam prædicati & subiecti, quam prædicatum & subiectum. Deinde sæpè cogitantur à nobis quædam propositiones, quarum nobis falsitas nota est; vt si audias hæreticum asserentem quod Angeli sunt corporei, tunc non est iudicium, quod esset sine dubio hæreticum: ergo non est nisi prima operatio. Differt ergo enunciatum à simplici apprehensione, quod enunciatum semper affirmet aut neget connexionem prædicati & subiecti; simplex apprehensio solùm apprehendat simplices terminos, vel integras propositiones; sed nihil vnquam affirmet, aut neget.

Dices. Propositiones ex propria sua ratione spectant ad secundam mentis operationem: ergo non possunt spectare ad primam. Deinde propositio est terminus complexus, cuius partes separatæ significant idem: ergo conceptus, quo terminus ille cognoscitur, habet etiam plures partes: ergo non est simplex.

Resp. propositiones diuerso modo spectare ad primam & ad secundam operationem. Ad primam operationem spectant, quatenus significationem duntaxat eorum percipitur absque affirmatione vel negatione. Ad secundam spectant, quatenus determinatè affirmant, aut negant. Deinde concedo, propositionem non vna simplici apprehensione totam posse cognosci, sed per plures conceptus simplices, quorum vno apprehenditur subiectum, altero prædicatum, altero copula.

§. II.

Quenam sit pars materialis Enunciationis.

Explicata quasi metaphysicè ipsa essentia enunciationis, nunc explicari debet quasi physicè per analogiam ad compositum physicum, in quo est materia & forma. Certum verò est, materiam necessariam enunciationis esse subiectum, prædicatum, & copulam yriusque; quæ tria in qualibet enunciatione reperire necesse est. Certum item est, tria illa in mentali enunciatione, conceptus esse intus in mente formatos; in vocali autem esse voces, de quarum significatione agit prolixè Philosophus *vsque ad cap. 5.* cum quo mihi modò dicendum est, quid sit vox, quid & qualis eius significatio, quid primariò significet, & quanam ad eam significationem sint necessaria.

Dico secundò, rectè vocem definiri, *Est sonus ab animalis ore prolatus per naturalia instrumenta, ad aliquid significandum.* Itaque materiale vocis est so-

A nus; formale verò est significatio; quæ significatio vt intelligatur.

Queritur primò quid sit signum?

Definitio
signi.

Resp. signum vulgò definitur, *Est id quod facit aliud à se in cognitionem venire representando illud.*

Tota enim essentia signi in eo est sita, vt potentia cognoscenti aliud representet; significare autem est facere vt aliud cognoscatur. Audita v. g. voce hac, *Deus*, non solùm eas cognosco quatuor litteras, sed ipsum etiam Deum infinitum mens sibi obicit. Nihil igitur se ipsum significat, seu representat, sed significat aliquid aliud; quia significatio, vt statim dicam, similitudo quædam & relatio est. Vide August. *lib. de magist. ferè toto, lib. 1. de doctrina christ. c. 2. lib. 2. c. 1.* vbi mirabiliter de ratione signi disserit, ostenditque, quomodo doctrina omnis ex signis proficiscatur.

B Dices, totam hanc definitionem signi conuenire posse potentia cognoscenti; nam illa facit vt homo cognoscat. Imò & illam conuenire cuilibet causæ, in qua cognosci possunt effectus.

Resp. signum, vt signum est, representando formaliter per seipsum facere, vt aliud cognoscatur: potentia cognoscens efficienter causat cognitionem alterius, vel etiam sui ipsius; non hoc facit representando; causa quatenus representat effectus, vocari etiam potest signum, sed minus propriè, quia signum debet esse aliquid posterius re, quam representat; causa verò effectibus prior est.

Obiectio.

Queritur secundò, quomodo sit signum?

Divisiones
signi.

C Resp. signum diuidi primò in naturale, & ad placitum: secundò in signum formale, & instrumentale. Signum naturale vocatur quod suapte naturâ vim habet representandi aliquid, vt iris naturaliter vim habet representandi serenitatem, fumus ignem. Signum ad placitum, seu ex instituto, vel, vt loquitur August. *signum datum*, illud est, quod significat ex quadam conuentione ac institutione hominum, & ex quadam quasi conuentione. Signum formale illud vocatur, quod licet non cognoscatur, facit tamen aliud in cognitionem venire. Huiusmodi sunt species expressæ, de impressis aliis videbitur. Signum instrumentale illud est, quod priùs cognoscitur, quàm ducat in cognitionem alterius, vt imago.

D Cæsaris.

Queritur tertio, quid sit in re illa, quæ dicitur signum, ratio illa signi; quid v. g. in voce, *homo*, sit, quod illa significet animal rationale. Volunt enim aliqui, eam esse realem relationem: alij formam intrinsecam, & realem existentem in ipsa voce: alij relationem solummodò rationis.

Quid sit ratio
signi in
re ipsa
significante.

Resp. distinguendum esse; si enim signum sit naturale, ratio illa signi est relatio aliqua realis signi ad rem significatam; nullum enim signum est naturale, quod vel transcendentaliter non dicat respectum, vt species referuntur ad obiecta: signa verò quædam instrumentalia, vt imago Cæsaris, relationem habent categoricam primi generis, fundatam in similitudine secundum externam figuram, vt fumus habet relationem effectus ad causam: si verò signum sit ad placitum, v. g. ratio illa in actu primo, seu prout habet vim significandi, est denominatio solùm extrinseca à voluntate imponentis, tanquam à forma extrinseca: si autem sit in actu secundo, prout scilicet ingerit actu cognitionem rei significatæ, denunciatio est extrinseca à productione cognitionis ad præsentiam talis signi, v. g. vocis; sicque significari in actu primo ad placitum, est esse deputatum ad representandum aliud; significari in actu secundo, est ex tali deputatione actu aliquid exprimere potentia cognoscenti. Quia

D 4 scilicet

scilicet extrinseca deputatio nihil intrinsecum imprimit, sed extrinsecè tantum denominat: v. g. vox illa, *homo*, si deputata esset ad significandum naturam equinam, haberet omnia intrinseca, quæ nunc habet; sed tantum haberet aliam denominationem extrinsecam à voluntate deputante: ergo voluntas illa hominum tota est forma denominans signum.

Obiectio.

Dices. Voluntas illa hominum, quæ deputat hanc vocem, *homo*, ad significandam naturam humanam; hæc, inquam, voluntas non habet pro obiecto seipsam: illa voluntas habet pro obiecto significationem: ergo significatio in actu primo non est voluntas hominum. Imò ab illis qui percipiunt significationem alicuius vocis, voluntas illa non percipitur: ergo illa non est ratio formalis ipsius significationis, alioqui deberet voluntas illa percipi ab eo qui cognoscit significationem; sicut is qui videt album, videt necessariò albedinem.

Resp. distinguendo primam minorem: hæc voluntas pro suo obiecto habet significationem in actu secundo, concedo; in actu primo, nego: voluntas enim hominum decernit, ut illi qui audient hanc v. g. vocem, *homo*, actu cognoscant naturam humanam. Deinde concedo illud antecedens: ab illis qui percipiunt significationem alicuius vocis, non percipitur hæc voluntas; sed nego hanc consequentiam: ergo illa voluntas non est formalis ratio significationis. Nam quamvis ab eo qui percipit significationem formaliter ut significatio est, idest, qui cognoscit significationem in actu primo, cognoscatur voluntas illa hominum; ab eo tamen qui solum cognoscit significationem materialiter, & in actu secundo, non necessariò percipitur illa voluntas hominum: sicut qui videt album formaliter, videt necessariò albedinem; potest tamen aliquis cognoscere id quod est album, v. g. parietem, & non cognoscere albedinem.

Voces significare ad placitum.

Queritur utrùm voces significant ad placitum, an verò naturaliter.

Resp. distinguendo; voces enim articulatae primitivæ non significant naturaliter, sed ad placitum; voces autem derivatae significant quodammodo naturaliter. Immeritò videlicet Plato & Pythagoras contendunt, voces signa esse naturalia, ideòque sapientum solummodo esse imponere rebus nomina, quæ non ipsi effingant, sed tantum excipiant ex ipso naturæ sinu effluentia: quæ quidem tranquille ac puræ mentes multò illustriora & puriora exciperent, quàm inquinata, ac perturbata. Imò alia esse apud homines, alia apud Deos. Verùm solemnia hæc sunt Platonis vigilantis somnia. Melius Aristoteles voces articulatas primitivas docet signa esse solum ex instituto; signa enim naturalia significant apud omnes gentes omninò idem; voces autem apud diversas gentes diversæ sunt. Dixi *voces articulatas*; dubium enim non est, quin multæ voces inarticulate naturaliter significant, ut gemitus signum est doloris. Dixi deinde *voces primitivas*, quia voces derivatae à primitivis naturaliter habent affinitatem cum significatione primitivæ; ut iustus à iustitia deducitur, & iustitiam ipsam significat, licet ab hominum etiam institutione pendeat.

Prima obiectio.

Dices primò, conceptus omnis naturaliter significat: omnis vox significat conceptum: ergo quilibet vox significat naturaliter.

Resp. argumentum illud non esse in forma, cuius proinde negatur consequentia. Deceptio in eo est, quòd in minori deberet esse, *omnis vox est*

conceptus; non autem, *omnis vox significat conceptum*: ubi sunt quatuor termini.

Dices secundò. Sermo naturalis est homini: ergo voces significant naturaliter. Notum est quoque, illud quod narratur de Atthie Croesi filio, qui mutus & surdus cum esset, videns tamen confodi patrem suum, erupit in voces articulatas.

Resp. distinguendo primum antecedens; si enim significet, quod voces quibus utimur, significant naturaliter, nego sermonem in eo sensu esse naturalem homini: si autem significet, quod homo habet à natura facultatem loquendi articulata, concedo sermonem esse in eo sensu naturalem homini. Filius Croesi Regis, haud dubiè surdus non fuit à natiuitate, sed totum impedimentum loquendi fuit illi duntaxat in lingua. Quod item narratur de pueris quibuldam, Phammerici Regis iussu educatis inter pecudes, ne vllam vocem audirent; loquutis tamen postmodum articulata. Soluitur, si dicas, vel fuisse dæmonis præstigias, vel certè illos articulata non fuisse loquutos, sed sonum ab illis confusè duntaxat editum, Phryges ambitiosè interpretatos fuisse.

Dices tertio. Nomina quædam per incantationes vim habere quandam mirabilem ad sanandos morbos, vel ad noxas alias depellendas: unde volebant Platonici, nomina propria radios esse rerum quas significant: & in ipsis nominibus vitam quandam latere.

Resp. cum Deltio lib. 1. de magia, cap. 4. quæst. 1. Tertia obiectio. Vallesio cap. 4. sacra Philosophia, nulla vocabula vim habere naturalem vulnera, vel morbos sanandi, vel noxas alias depellendi, siue sint complexa, siue incomplexa; quia nihil habent præter sonum, & significationem omninò ad placitum, cui nulla plane vis inesse potest ad effectus illos mirabiles, nisi dæmonis ope interveniente, qui in huiusmodi curationibus extraordinariis esse solet Archiater.

Queritur quintò, utrùm voces primariò & immediatè significant conceptus formales, idest cognitiones internas animi; an verò conceptus obiectivos, idest obiecta cognitionum.

Resp. aliud esse significare aliquid, aliud substitui pro eo: significare aliquid, est efficere, ut illud cognoscatur: pro eo substitui, est facere id quod alterum deberet facere. Dico igitur vocem primariò & immediatè significare solum conceptus obiectivos, conceptus autem formales non significari primariò per vocem, sed tantum vocem pro illis substitui. Ratio est, quia, ut dixi, significare non est aliud quàm facere ut aliquid cognoscatur: sed per voces non devenimus in cognitionem conceptuum, qui nobis semper ignoti manent. Cum audit v. g. rusticus à Doctore Deum esse Trinum, nullam cogitat cognitionem Doctoris, sed solum Trinitatem personarum divinarum; ignorat enim quid sit loquutio interna: ergo vox immediatè significat rem à loquente cognitam, & ad illud etiam solum munus instituta sunt voces; vox enim *cælum*, est instituta ut significet cælum, non ut significet cognitionem cæli. Imò certum est, inuentas esse voces, ut præstent illud idem audienti, quod præstant loquenti verbum ipsum internum; sicut enim per verbum internum homo sibi loquitur, sic loquitur aliis per externum. Sed verbum ipsi loquenti significat immediatè ipsas res cognitatas: ergo verbum externum eandem significat audienti: per accidens autem, & ex voluntate audientis cognitionem ipsam significat, si velit discurrere circa vocem quæ necessariò esse debet iuncta

Voces immediate significant conceptus obiectivos.

Voces substituuntur pro conceptibus formalibus.

iuncta conceptui; sed hoc non causatur à significatione vocis, sed ex connexionione, quam habet cum conceptui. Addebam autem voces pro conceptibus formalibus substitui, quia idèd tantum egemus vocibus, & illis utimur, quia verbum internum mentis, per quod notificamus nobis ipsis res externas, non potest per se ipsum res illas aliis manifestare, idèd voces externas adhibet, & per illas efficit id quod per se ipsum deberet præstare. Oprimè itaque Philo lib. quod deterius potiori insidietur, sermonem vocat *fratrem mentis*, eumque comparat Aaroni, qui Moysis fratris Interpres, & quasi Propheta erat, ad mentem omnino Platonis, qui vocem appellat *idèd dñs diavolus*; Damasceni lib. 1. fidei, c. 17. vocem appellantis, *Angelum intelligentia*. Sed elegantissime omnium August. qui vocem ait, *non solum esse vehiculum intelligentia*, sed lib. de Magistro, c. 13. Nullo modo ambigo, inquit, id conari verba veracium, & id quodammodo proficere, ut animus loquentis appareat, quod is obtineret omnibus concedentibus, si loqui mentientibus non liceret. Et lib. 15. de Trinit. c. 11. Verbum quod foris sonat, signum est verbi quod intus latet.

Prima obiectio.

Dices primò, vocem non posse vnquam significare aliquid audienti, quod non fuerit à loquente conceptum. Vnde ait Philosophus, *verbum esse semper earum, quæ in animo latent, passionum notam*.

Resp. hinc sequi tantum, quod cognitio loquentis conditio est necessaria, ut vox aliquid significet; non sequi autem quod vox directè significet ipsam cognitionem. Aristotele quando appellat *vocem earum, quæ in animo latent, passionum notam*, voluit tantum voces signa esse loco conceptuum substituta.

Secunda obiectio.

Dices secundò, Sapè per voces significantur res in eo statu, quem habent in intellectu, ut quando significantur naturæ vniuersales.

Resp. etiam tunc cognosci solum conceptum obiectuum immediatè: patet autem, quod cognitio huiusmodi naturæ vniuersali, non cognoscitur abstractio ipsa necessariò.

Tertia obiectio.

Dico tertiò. Homo idèd loquitur, ut aperiat animi sui sensus; nòque audità voce arguentamur de conceptibus animi, quos habet loquens: ergo vox significat conceptus animi.

Resp. negando consequentiam, quia sensus aperire animi sui est significare obiecta suarum cogitationum, nempe quid de illis sentiamus; non autem aperire ipsas cognitiones ut sic: v. g. cum dicit aliquis, *Ita iudico*; tunc iudicium est res concepta, non autem cognitio. Interdum ergo cognoscit aliquis reflexè suum conceptum formalem, & vult illum media voce declarare; & tunc conceptus tenet locum rei conceptæ, neque mirum est, si per vocem ipsam significetur: si autem talis reflexio non contingat, nunquam vox significat conceptum formalem, nisi per accidens, ut dixi.

Ut vox significet quid requiratur.

Queritur sextò, quid requiratur tum ex parte loquentis, tum ex parte audientis, ut vox significet formaliter.

Ex parte loquentis.

Resp. tria requiri ex parte loquentis, & duo ex parte audientis. Primò enim ex parte loquentis exigitur actualis cognitio vocis, eius significationis, & rei significatæ. Qui enim verba profert, habere illa debet in mente, alioqui non substituerentur verba pro conceptibus; neque utitur voce ad significandum, qui eius significationem ignorat. Neque sufficit cognouisse priùs rem significatam; nemo enim actu loqui potest de iis, quæ non cogitat. Loquitur autem tantum materialiter, qui pronunciat verba,

A quorum ignorat significationem. Secundò ex parte audientis requiritur actualis cognitio vocis, cognitio saltem antecedens significationis illius. Si enim vocem interna cogitatione non percipis, non potes ex vi vocis deduci ad cognitionem rei significatæ; nec etiam si vocis ignores significationem. Notitia verò rei significatæ, vel præsens, vel præterita in audiente, non prærequiritur; multa enim de nouo addiscit audiens à loquente. Imò quando actualet alicuius rei cogitationem habet, nemo illam mihi propriè significat, quia non me deducit in cognitionem rei significatæ; quod est significare. Ex quo

Ex parte audientis.

Colliges primò, eum vñque, neminem propriè posse Deo loqui, si loquutiò aliud significet, quam verborum prolacionem, vel ore, vel mente: si autem significet causare cognitionem actualet in mente audientis, patet quod nemo Deo loquitur, in quo est actu omnis cognitio.

Loqui Deo.

Colliges secundò, neque propriè posse quemquam sibi ipsi loqui; nam alioqui haberet cognitionem, & eam non haberet.

Loqui sibi ipsi.

Colliges tertiò, eum qui mentitur, habere semper duos conceptus; vnus quo iudicat, & cognoscit enunciativè verum, quod ore non vult exprimere; alterum quo per primam saltem apprehensionem cognoscit falsum, quod etiam audienti vult obtrudere.

Queritur septimò, vtrum voces perfectiùs possint rem aliquam significare audienti, quam illa nota sit loquenti: de qua disputant Theologi cum S. Thoma 1. p. q. 13. cum agunt de diuina ineffabilitate; vbi querunt, vtrum Viator dicere Beato possit aliquod Dei nomen, quod Deum Beato significet quid ditatiùe.

Vox quomodo significet tum loquenti, tum audienti.

Resp. breuiter distinguendo: vel enim res significata per vocem non est aliunde audienti cognita, quam per vocem loquentis; & tunc non potest vox significare perfectiùs rem audienti, quam illa nota sit loquenti. Ratio est, quia vox non habet vim vllam significandi, quando res non est aliunde nota, nisi quatenus conceptus loquentis eam substituit loco: sed conceptus non potest substitui loco: ergo quando res significata per vocem, non est aliunde cognita, nunquam vox perfectiùs audienti significat, quam illa nota sit loquenti: si autem res significata sit aliunde audienti nota, potest sine dubio vox audienti perfectiùs significare, quam illa nota sit loquenti. Si enim rusticus viro Philosopho loquatur de cælo, tunc certum est, quod Philosophus perfectiorem habebit cognitionem de cælo, quam rusticus. Si Romanus nomen est qui Roman non vidit; alteri qui fuit nutritus Romæ, tunc audiens perfectiùs Romanam cogitabit, quam loquens. Ratio est, quia voces non solum ingenerare solent nouam aliquam cognitionem, sed etiam excitare præcedentem.

E Neque primò hinc sequitur, quod Viator Beato dicere possit aliquod Dei nomen, quod ingeneret Beato cognitionem quidditatiuam Dei; quia nulum huiusmodi nomen Viatori notum est; sed neque vllum huiusmodi nomen esse potest per quod Deus cognoscatur intuitiùe ut præsens: ergo nulum potest esse Dei nomen, quo Deus significetur quidditatiùe; cum omnis cognitio Dei quidditatiua sit necessariò intuitiua.

Neque secundò sequitur, quod tant perfectæ notitia rei alicuius in audiente causari possit per vocem, quam illa notitia in loquente perfectæ est; nam loquens sapè habet intuitiuam rei cognitionem, cuius

enius euidentiā nulla vocum significatio assequi potest. Ideo Beatus Deus explicare tam perfectè non potest, quàm perfectè cognoscit; imò nec viatores: vnde dixit verissime August. lib. 6. de Trinit. cap. 4. Verius cogitatur Deus, quàm dicitur; & verius est, quàm cogitatur.

Quæritur octauo, quid sit nomen: quid verbum.

Definitio
nominis.

Resp. nomen vulgò definiri, *Est vox significatiua sine tempore, finita & recta, cuius nulla separata pars idem significat*, vt *Homo, Angelus*. Significat ad plurius, vt satis patet ex dictis de voce. Significat sine tempore, quia præter principale significatum non denotat tempus præsens, præteritum, aut futurum, quæ vocantur primariæ temporis differentia; prandium enim v. g. & cena præter significatum principale significant quidem aliquod tempus, sed non illas, vt dixi, temporis differentias. Tempus, hora & mensis significant sine dubio aliquod tempus; sed tanquam primarium significatum, non tanquam significatum secundarium. Nulla pars nominis separatim sumpta idem significat, vt *Respublica, Proconsul*; cuius partes se iunctæ non idem significant, quod prius. Imò in vocibus nonnullis, vt *Armiger, Deipara, Agricola*, vbi partes videntur idem significare separatæ, verum etiam est quod dixi; quia illorum nominum partes separatæ significant quidem aliquid prout sunt integræ dictiones, sed non significant idem prout sunt partes vnius vocis compositæ, sed sunt instar syllabæ, quæ significationem propriam non habet. Dicitur denique *finita*, & *recta*. Vox finita illa est, cui nulla negatio præfigitur; infinita, cui præfigitur negatio efficiens vnam vocem, vt *non-homo, non-lapis*. Voces infinitas negat Philosophus esse nomina. *Recta* vox dicitur, quæ casus est nominatiui, voces etiam casuum obliquorum negat idem Philosophus esse nomina, quia cum verbo, *est*, non possunt absolute enunciari.

Definitio
verbi.

Verbum definitur, *Vox significatiua cum tempore, finita & recta, cuius nulla pars significat separata, & est semper eorum, quæ de aliquo dicuntur nota*. Patet definitio ferè tota ex præcedenti. Dicitur autem *nota eorum, quæ de aliquo dicuntur*, quia semper aptum est verbum affirmare aliquid de aliquo, vel negare, idest copulare prædicatum cum subiecto.

Verbum aliud est substantiuum, vt *sum, existo, subsisto*; aliud adiectiuum, quod significat actionem, aut passionem, aut aliquod accidens, vt *ago, capio*. In propositionibus æternæ veritatis, qualis ista est, *Homo est rationalis*, verbum *est*, significat omne tempus, etiam si non significet existentiam, sed solam identitatem subiecti & prædicati.

§. III.

Quenam sit pars formalis Enunciationis.

IN qualibet oratione mentali reperitur haud dubiè conceptus subiecti, prædicati, & copulæ; sicut in oratione vocali reperiuntur subiectum, prædicatum, & copula. Sed difficultas est primò, vtrum per vnicam simplicem apprehensionem tria illa cognosci possint. Secundò, vtrum actus ipse iudicij, actus sit distinctus ab apprehensione subiecti, prædicati, & copulæ. Tertiò, vtrum actus ille iudicij formaliter, & quidditatiuè sumptus vnus sit actus, an verò multiplex.

Duplex ad
enunciatio-
nem requi-
ritur apprehensio.

Dico tertiò. Quoties sit enunciatio vera & formalis, quæ identica tantum non sit, saltem duplex exigitur apprehensio, vna prædicati, & altera

subiecti: neque vnica sufficit simplex apprehensio subiecti, prædicati, & copulæ.

Ratio est, quia in omni enunciatione, quæ identica non est, subiectum, prædicatum, & copula differunt conceptu: sed si cognoscantur eadem simplici apprehensione, non differunt conceptu: ergo prædicatum, & subiectum cognosci debent per diuersos conceptus. Deinde in enuntiatiua videtur illud adhuc esse manifestius, quia in illa cognitio separat prædicatum à subiecto, & concipit plura vt plura: sed vno conceptu concipi non possunt plura vt plura: ergo in enunciatione, saltem negatiua, plures debent esse conceptus.

Obicitur primò. Potest intellectus concipere simul plura per modum vnius, idest, vno conceptu, v. g. vnico conceptu paries albus à nobis concipitur, & totus terminus complexus, in quo plura necessariò inuoluuntur: sed extrema propositionis, præsertim si affirmatiua sit, se habent per modum vnius: ergo intellectus potest per modum vnius illa concipere.

Resp. distinguendo maiorem: intellectus concipere potest plura per modum vnius, quando illa rationem habent vnius, idest, quando illa concipiuntur sub vna ratione formali, concedo; quando illa rationem non habent vnius, sed concipiuntur sub diuersa ratione formali, nego. Itaque negatur minor, quia cum extrema propositionis, vt dixi, concipiuntur sub diuersa ratione formali, vt propositio non sit identica, necesse est, vt per diuersos conceptus concipiuntur.

Neque dicas primò. Extrema propositionis affirmatiuæ non concipiuntur vt plura, alioqui diuiderentur; sed cum vniantur debent concipi vt vnum.

Resp. enim distinguendo: non concipiuntur vt plura realiter, concedo; non concipiuntur vt plura formaliter, saltem in actu exercitio, nego, alioqui enunciatio esset identica.

Neque dicas secundò. Sicut in termino complexo substantiuum & adiectiuum se habent per modum vnius, & vno conceptu concipiuntur, sic prædicatum & subiectum se habent per modum vnius.

Resp. esse disparitatem, quia in termino complexo, substantiuum & adiectiuum non differunt conceptu, cum non sint diuersa formaliter: extrema verò enunciationis formalis sunt diuersa formaliter.

Obicitur secundò. Copula enunciationis non cognoscitur per actum distinctum à conceptu prædicati & subiecti: ergo prædicatum etiam & subiectum possunt concipi vno conceptu.

Resp. negando antecedens, quia conceptus copulæ, vel est prima tantum apprehensio, & sic distinguitur à conceptu prædicati, & subiecti, sicut vnio ab extremis; potest enim conceptus subiecti & prædicati esse sine conceptu copulæ; neque maior esset ratio, cur esset conceptus prædicati potius, quàm subiecti: vel est iudicium, & sic distinguitur necessariò à conceptu prædicati & subiecti, qui simplex est apprehensio. Copula ergo per modum vnionis semper distinguitur ab extremis.

Dico quartò. Actus ipse iudicij necessariò est distinctus à conceptu prædicati & subiecti; non est autem necessariò actus distinctus ab apprehensione copulæ, contra Vasquem 1. part. disp. 223. cap. 3. & alios quosdam, qui negant, interuenire in enunciatione actum vllum iudicij distinctum ab apprehensione duplici prædicati & subiecti; volunt enim iudicium esse conceptum prædicati, & conceptum

Actus iudicij distinctus est à conceptu prædicati & subiecti.

Prima obiectio.

Secunda obiectio.

ceptum subiecti, quibus extrema ipsa concipiuntur relatè, vt vnum alteri conueniens; quæ conuenientia in enunciatione vocali denotetur per particulam, est; ita tamen vt nullus peculiaris conceptus in intellectu correspondeat ipsi copulæ. Contra quos tamen.

Probatio.

Ratio est, quia iudicium formaliter, vt est secunda mentis operatio, distinguitur essentialiter à prima operatione: ergo non est duplex tantum apprehensio. Deinde si enunciatio non includeret nisi duos conceptus, vbicunque duplex esset conceptus prædicati & subiecti, esset ibi iudicium, & secunda mentis operatio: sed possunt reperiri conceptus prædicati, & conceptus subiecti; si enim cogitem lac, & dulcedidem, non propterea iudico & affirmo lac esse dulce: ergo iudicium est conceptus distinctus ab apprehensione simplici subiecti & prædicati.

Ratio.

Neque dicas: si conceptus prædicati sit relatio ad subiectum, bene intelligitur quomodo vnum alteri tribuatur: ergo sufficere possunt duo conceptus.

Contrà enim insto. Prædicatum concipi potest sine ordine ad subiectum: ergo vt prædicatum concipiatur cum tali ordine, requiritur necessariò nouus conceptus: ergo semper in enunciatione sunt tres conceptus.

In enunciatione non vniuntur conceptus.

Probatio primæ partis.

Dico quintò. Actus iudicij non est actus intellectus, quo physice vniuntur conceptus prædicati, & subiecti; neque actus aliquis simplex, & indiuisibilis, representans prædicatū, subiectum, & copulam.

Prima pars contra Molinam 1. p. q. 1. art. 3. disp. 1. probatur, quia duæ qualitates completæ diuersæ speciei non possunt vniri, & facere vnum per se: sed conceptus prædicati & subiecti, qualitates sunt diuersæ speciei: ergo illi non possunt physice vniri, & facere vnum per se. Deinde omnis vnio accidentium necessariò intensio est, vel extensio: vnio illa duorum conceptuum non esset intensio, vt patet, quæ fit per additionem graduum eiusdem speciei; nec esset extensio, quæ fit in diuersis partibus subiecti. Denique in enunciatione negatiua patet quod vnio non est conceptuum, sed potius diuisio.

Probatio secundæ partis.

Secunda pars contra plures sentientes cum Hurtado, quod iudicium actus sit simplex & indiuisibilis, representans subiectum, prædicatum & copulam; probatur, quia si huiusmodi actus esset iudicium, frustra esset in enunciatione simplex apprehensio, à qua non penderet in conseruari enunciatio. Imò, vt nuper argumentabar, prædicatum, & subiectum non differrent conceptu.

Triplex obiectio.

Obiicitur. Omnis compositio est vnio plurium: enunciatio qualibet compositio est conceptuum, licet affirmatio sola sit compositio rerum: ergo enunciatio est vnio conceptuum. Imò ex S. Thoma, potentia superior vnit ea quæ in potentiis inferioribus sunt dispersa: ergo secunda operatio vnit id, quod per plures primas apprehensiones fuerat conceptum; sicut enim phantasia potest obicere sibi montem aureum, postquam vidit oculus montem & aurum; ita postquam prima operatione intellectus apprehendit prædicatum & subiectum, potest illa vnire per secundam operationem. Denique si in enunciatione tres sunt conceptus, non est maior ratio, cur vnum extremum sit subiectum, alterum vero sit prædicatum; sicque cum dicitur, *Omnis homo est animal*; simul etiam dices, *Omne animal est homo*; & ita nulla erit propositio vera, quæ non sit etiam falsa.

Resp. aliam esse compositionem realem, qualis est inter materiam & formam; aliam compositionem ordinis, id est habitudinis vnus ad alium. Prima compositio non reperitur in enunciatione, sed

A secunda duntaxat, eo ferè modo, quo vnus dicitur esse mundus propter ordinem rei vnus ad aliam. Ita in enunciatione non concipitur duntaxat prædicatum & subiectum, sed prædicatum in ordine ad subiectum, & subiectum in ordine ad prædicatum. Itaque distinguitur hæc propositio: omnis enunciatio est compositio faciens vnitatem realem, nego; faciens vnitatem ordinis, concedo. Compositio realem efficiens vnitatem, est vnio; compositio vero faciens vnitatem ordinis, non est vnio. Deinde fa-teor, potentiam superiorem, v. g. intellectem, ea vnire quæ in potentiis inferioribus sunt dispersa; sed nego eum hoc posse facere per secundam operationem, quæ includit essentialiter plures conceptus.

B Denique in enunciatione tres necessariò sunt conceptus; sed ita ordinati, vt vnus sit necessariò subiectum, alter necessariò prædicatum, alter copula vtriusque; ideo nego non esse maiorem rationem cur prædicatum in ea sit prædicatum, quam subiectum.

Dico sextò. Enunciatio, seu iudicium essentialiter & in recto solus est conceptus copulæ, provt connotat in obliquo conceptum prædicati, & subiecti: non est autem essentialiter triplex conceptus, sicque iudicium simplex est qualitas, sumptum secundum ea duntaxat, quæ dicit in recto, & essentialiter: est autem aliquod compositum, si sumatur secundum ea, quæ dicitur in recto, & essentialiter; tum in obliquo, & connotatiue. Ita docent Durandus, Gabriel, & Gregorius.

Enunciatio in recto est simplex qualitas.

C Ratio est, quia secunda operatio esse necessariò debet aliquid per se vnum, quod poni possit in categoria: sed si tres includeret conceptus essentialiter & in recto, non esset ens per se, neque poni posset in categoria: ergo secunda operatio non est in recto, & essentialiter triplex conceptus, sed solus conceptus copulæ. Deinde per illud secunda operatio constituitur in recto, & essentialiter, per quod solum distinguitur ab alia qualibet operatione mentis: sed per solum conceptum copulæ distinguitur; prima enim, quæ simplex apprehensio est; differt à secunda operatione ex eo, quod secunda iudicet vnum conuenire alteri; quod facit conceptus copulæ: à tertia vero differt eo, quod tertia iudicet vnum conuenire alteri dependenter à præmissis, id est inferendo vnum ex alio; enunciatio autem absolute iudicet, sine vlla illatione, aut dependentia à præmissis.

Probatio.

Obiicitur primò. Si enunciatio solum dicit conceptum copulæ, sequitur quod secunda operatio non differt à prima; conceptus enim ille copulæ, cum sit simplex, non differt ab apprehensione simplici.

Prima obiectio.

Resp. enunciationem nullo modo esse primam tantum apprehensionem, etiam secundum id quod dicit in recto; conceptus enim copulæ non est prima solum apprehensio, quia iudicium est, & includit saltem connotatiue alios duos conceptus: neutrum autem habet secunda mentis operatio.

E Obiicitur secundò. Enunciatio vocalis essentialiter & intrinsecè duo includit extrema, & copulam; ergo enunciatio mentalis includit etiam tres eorum conceptus.

Secunda obiectio.

Resp. negando antecedens; sicut enim enunciatio mentalis in recto solus est conceptus copulæ, provt connotat conceptus extremorum; sic enunciatio vocalis in recto sola est copula, provt connotat prædicatum & subiectum.

Obiicitur tertio. Nulla igitur in secunda mentis operatione reperitur compositio, cum essentialiter sit qualitas simplex; & tamen secunda operatio vocari solet ab omnibus compositio.

Tertia obiectio.

Resp.

Resp. reperiri semper in quolibet iudicio enunciativo aliquam compositionem, in eo duratam consistentem, quod includat, saltem in obliquo, duplicem primam apprehensionem. Per hoc enim sufficienter secunda operatio distinguitur à modo intelligendi, qui proprius est & Angelis; neque alia requiritur compositio conceptuum, quam illa quæ conuenit, ut dixi, omni enunciationi, etiam negatiua.

Quarta obiectio de enunciativis purè apprehensivis.

Obiicitur quartò, posse dari veras aliquas enunciationes, in quibus nullum sit iudicium, sed quæ sint solum apprehensivæ, ut cum Catholicus voce tantum tenus dicit, *Deus est ens finitum*: ibi non est ullum iudicium; & tamen vera est enunciativatio: nam ubicumque affirmatio est, ibi est secunda operatio: ibi vera est affirmatio: ergo est secunda mentis operatio: ergo enunciativatio non est essentialiter iudicium & conceptus copulæ. Confirmatur, quia nullus est syllogismus sine vera enunciativatio: sed in syllogismo sæpe ponuntur propositiones, quæ iudicantur falsæ: ergo propositiones, quæ falsæ iudicantur, sunt secundæ operationes. Denique nulla est enunciativatio vocalis, cui non respondeat aliqua enunciativatio mentalis: illa propositio, *Deus est finitum*, est propositio vocalis: ergo illi responderet enunciativatio aliqua mentalis, quæ sine dubio apprehensiva tantum est.

Negatur illam ullam esse.

Resp. negando ullam esse posse mentalem enunciativatioem, quæ non sit indicativa, sed sit apprehensiva tantum, ut rectè docent Valq. 1. p. disp. 223. n. 16. Suarez disp. 8. sect. 4. Fonseca, Conimbricenses, & alij contra Scotum. Ratio est, quia ubi deest essentia enunciativatioem, ibi non est enunciativatio: cum dico, *Deus est ens finitum*, & in omni enunciativatioem solum apprehensiva tantum, deest essentia enunciativatioem, quia iudicium, ut dixi, est essentia enunciativatioem; illud autem non reperitur in enunciativatioem tantum apprehensiva: ergo huiusmodi enunciativatio non est reuera enunciativatio. Deinde omnis operatio, quæ unum alteri non connectit, siue, quæ non affirmat aut negat, non est secunda, sed prima tantum operatio: enunciativatio solum apprehensiva non connectit, neque affirmat, aut negat, nisi voce tenus: ergo illa non est enunciativatio, sed simplex tantum apprehensio.

Solutio argumentorum.

Ad argumentum ergo respondeo, ibi esse veram enunciativatioem, ubi est affirmatio, vel negatio mentalis, id est, quæ non solum voces, sed etiam res apprehenduntur coniunctæ: ubi autem est affirmatio & negatio tantum voce tenus, id est, quæ non apprehenditur coniunctio ipsa rerum, sed vocum duntaxat, ibi nego esse veram enunciativatioem. In enunciativatioem solum apprehensiva voce tantum tenus, est affirmatio, vel negatio; quia res per diversas concipiuntur apprehensiones; solæ autem concipiuntur coniunctæ. Ad confirmationem distinguo maiorem: nullus est syllogismus sine vera enunciativatioem, vel quæ supposita sit pro vera, concedo; sine vera enunciativatioem, nego. In quibusdam ponuntur falsæ propositiones, quæ tamen loco verarum ponuntur; sicut calculi sæpe ponuntur pro veris pecuniis, quia scilicet sæpe in syllogismo apparet vera forma, supposita veritate falsarum propositionum. Denique nego, quod cuilibet enunciativatioem vocali respondeat aliqua enunciativatio mentalis; nam plerique & sapientibus Hebraicè ignari pronunciant Hebraicas propositiones, quibus certum est, quod in mente nulla responderet enunciativatio Latina.

SECTIO II.

Varia species enunciationum, earumque conditiones, ac regula, tum in genere, tum in specie.

Certum est primò, enunciativatioem dividi posse ratione formæ, in affirmativam & negativam. Affirmativa est, in qua unum alteri tribuitur: negativa ea est, in qua unum de altero negatur, id est, quando copulæ principali præponitur negatio; ut, *Petrus, qui est dives, non est iustus*.

Divisio enunciativatioem ratione formæ.

Certum secundò est, enunciativatioem ratione materiæ dividi præsertim in simplicem, & coniunctam. Simplex illa dicitur, in qua unica est copulæ verbalis; ut, *Homo est rationalis*: coniuncta, in qua plures sunt copulæ verbales, sed coniunctæ per aliquam particulam; ut, *Petrus est Rhetor, & est Philosophus*; *Si Socrates est constans, est laudabilis*. Possunt autem copulæ verbales connecti, vel per particulam copulativam, *Et*; ut, *Petrus est Rhetor & est Philosophus*: vel per particulam disiunctivam, *vel*; ut, *Nunc dices est, vel est nox*: vel per particulam conditionalem *si*; ut, *si Socrates est constans, est laudabilis*. Solet communiter enunciativatio simplex appellari categorica; enunciativatio autem coniuncta, vocari solet hypothetica. Melius tamen alij enunciativatioem categoricam eam esse aiunt, quæ absolute iudicat de obiecto; ut, *Homo est rationalis*: dicitur enim categorica, quasi categorematica, id est, per se aliquid significans sine ulla suppositione. Hypothetica verò dicitur illa, quæ iudicat dependenter ab aliqua suppositione; ut, *Si Petrus venerit, loquetur*. Certum autem est, quod enunciativatio hypothetica in materia necessaria est illativa; ut, *Si sol lucet, dies est*: æquivaleret enim illi, *Sol lucet: ergo dies est*. Si fuerit in materia contingenti, illativa non est, sed tantum enunciativatio; ut, *Si Petrus venerit, loquetur*: non enim licet dicere, *Petrus venit: ergo loquetur*; quia scilicet nota illationis significat consequens necessarium ex antecedente.

Prima divisio ratione materiæ.

Dividitur secundò enunciativatio ratione materiæ in absolutam & modalem. Absoluta est, quæ tantum affirmat, aut negat prædicatum inesse subiecto; ut, *Petrus est homo*. Modalis est, quæ dicit modum quo prædicatum inest, aut non inest subiecto; ut, *Necessarium est hominem esse rationalem: impossibile est hominem esse brutum*. Vulgò autem dicuntur quatuor esse modi, *necessarium, impossibile, contingens, possibile*. Necessarium facit propositionem affirmativam universionalem, impossibile universionalem negativam, contingens & possibile particularem affirmativam.

Dupliciter fit propositio modalis. Primò, quando modus sumitur adverbialiter; ut, *Homo necessarius est animal*. Secundò, quando modus nomen est adiectivum; ut, *Necessarium est hominem esse animal*. Quando modus est adverbium, tunc nec est prædicatum, nec subiectum; sed tantum syncategorema subiecti, sicut *omnis*, & *nullus*. Quando autem modus est nomen, tunc est prædicatum propositionis; subiectum autem est altera propositio, cui iungitur modus, & vulgò appellatur dictum, ut in hac propositione: *Necessarium est hominem esse animal*; necessarium, est prædicatum; hominem esse animal, est subiectum.

Absoluta & modalis.

E Sumi verò potest propositio modalis, vel in sensu composito, vel in sensu diviso. Sensus compositus est, quando prædicatum tribuitur subiecto pro eodem tempore; ut, *impossibile est stantem sedere*; id est dum stat. Sensus divinus est, quando tribuitur pro diverso tempore; ut, *Possibile est stantem sedere*; id est, tempore, quo non stat. Possunt autem in singulis modis fieri quatuor propositiones. Primò, ut affirmetur dictum & modus, ut *Petrus currere est impossibile*. Secundò

etiam, ita ut affirmetur dictum, & negetur modus; vt, *Petrus currere non est possibile*. Tertiò, ita ut negetur dictum & modus; vt, *Petrus non currere non est possibile*. Quartò, ita ut negetur dictum, & modus affirmetur; vt, *Petrus non currere est possibile*. Solent quatuor hæ propositiones in tabellis describi, quas vocant figuras modalium. Ego rem obscuram & inutilem hîc lubens omitto.

Exponibilis, & non exponibilis.

Diuiditur tertiò enunciatio ratione materiæ in exponibilem, & non exponibilem. Exponibilis illa est, quæ particulam quandam adiunctam habet, ob quam eger explanatione: hæ autem particule sunt vel exclusivæ, v. g. *tantum*; vt, *planeta sunt tantum septem*: vel exceptivæ; vt, *omne animal præter hominem est irrationale*: vel reduplicativæ; vt, *homo quatenus homo*; est rationalis. Alias omitto diuisiones enunciationis ratione materiæ, in vnam & multiplicem, de secundo & tertio adiacente, de extremo simplici, & extremo coniuncto: sunt enim minùs difficiles, & minùs viles.

Diuisio ratione quantitatis.

Certum est tertiò, diuidi enunciationem ratione quantitatis, in vniuersalem, particularem, indefinitam, & singularem. Vniuersalis ea est, in qua terminus communis signo vniuersali afficitur; vt, *Omnis homo est rationalis*. Particularis est, qua terminus communis signo particulari afficitur; vt, *Aliquis homo est iustus*. Indefinita est, in qua terminus communis nullo signo afficitur; vt, *Homo est rationalis*. Singularis, in qua subiectum nullo signo afficitur; vt, *Petrus est iustus*. Solùm addo, terminos vniuersales præposita negatione fieri particulares; vt, *Non omnis homo est iustus*: terminos autem particulares, præmissa negatione fieri vniuersales; vt, *Non aliquis homo*; idest, omnis homo.

Diuisio ratione quantitatis.

Certum est quartò, enunciationem ratione quantitatis diuidi in veram & falsam, de qua diuisione plenè dicam quæst. seg. vbi constabit, veras appellari propositiones, quæ sunt conformes obiecto; falsas, quæ sunt diffformes. Tantùm hîc addo, alias esse propositiones æternæ veritatis & æternæ falsitatis; alias non æternæ veritatis, nec æternæ falsitatis. Propositiones æternæ veritatis illæ sunt, quæ ita sunt veræ, vt non possint esse falsæ: æternæ falsitatis, quæ ita sunt falsæ, vt non possint esse veræ; cum sint de materia necessaria, eo quod prædicatum sit de essentia subiecti, vel de materia impossibili; vt, *Homo non est rationalis*. Aliæ verò ita sunt veræ, vt possint esse falsæ; vel ita sunt falsæ, vt possint esse veræ; vt, *Petrus est albus*.

Diuisio ratione modi prædicandi.

Certum est quintò, enunciationem ratione modi prædicandi diuidi posse in directam, in indirectam, & mixtam. Directa illa est, in qua prædicatum est id quod habet rationem formæ; vt, *Homo est rationalis*. Indirecta est, in qua prædicatum est id, quod est superius, & habet rationem formæ; vt, *Rationale est animal*. Mixta, in qua nec prædicatum, nec subiectum habet rationem formæ, sed vtrumque forma est alicuius tertij; vt, *Album est dulce*: vbi nec albedo forma est dulcedinis, nec dulcedo forma est albedinis, sed vtrique forma est eiusdem suppositi, v. g. lactis. Sic etiam dicitur de Christo Domino, *Deus est homo, homo est Deus*.

§. II.

Conditiones, & regule enunciationum in genere.

Scilicet indicatis magis, quàm explicatis vartis speciebus enunciationum, inspiciente mihi antè omnia sunt tres regule ac conditiones generales enunciationum, ex quibus præsertim constare poterit, quod est in hac materia difficile, quomodo abstracta & concreta de se inuicem prædicentur.

R. P. de Rhodes curs. Philosoph.

A Prima itaque, & vniuersalissima regula est, quod ad omnem propositionem affirmatiuam requiritur aliqua identitas prædicati & subiecti; & ad propositionem negatiuam aliqua eorum diuersitas. In propositionibus videlicet essentialibus prædicatum & subiectum sunt idem essentialiter; vt, *Homo est animal*, suppositum videlicet, quod est homo, est animal. In accidentalibus prædicatū & subiectum sunt idem accidentaliter; vt, cum dicitur, *Paries est albus*, sensus est, idē quod est paries, est subiectū albedinis.

Identificatio subiecti & prædicati.

B Ratio est, quia in propositione affirmante, copula, est, non potest aliud significare quàm identitatem extremorum. Idque patet verum etiam esse primò in propositionibus materialibus; vt cum dicitur, *Album est dulce*; nam idēd falsa est prædicatio hæc, *Albedo est dulcedo*; quia prædicatum & subiectum non sunt idem: illa verò, *Album est dulce*, vera est; quia prædicatum & subiectum sunt idem, nempe idem lac, in quo est albedo & dulcedo; significat enim, habens albedinem est habens dulcedinem. Secundò etiam vera est regula in denominationibus extrinsecis; vt, *Paries est visus*; quia in illis etiam prædicatum continet subiectum, tanquam terminum formæ, quam explicite dicit; sensus enim est, paries est subiectum, ad quod terminatur visio. Idēd in denominationibus extrinsecis prædicatum propositionis continet subiectum, tanquam terminum formæ, quam explicite dicit; in denominationibus verò extrinsecis prædicatum continet subiectum, tanquam subiectum formæ, quam explicite significat.

C Secunda regula: In omni enunciatione recta prædicatū & subiectū debent adæquari, idest debet prædicatū continere, salte confusè, totū id, quod includit ipsum subiectum, & contrariōd pars non potest prædicari de toto; vt, *Homo est anima*, non valet: neque totū de parte; vt, *Manus est homo*. Ratio est, quia, vt dixi, prædicatū & subiectū esse debent idē; si autē vnū excedat aliud, nō erunt idē. Neque dicas primò sæpe cōtingere vt prædicatū propositionis latius pateat, quā subiectū, vt in hac, *Petrus est homo*, sine dubio minùs latè Petrus patet, quàm homo. Respondit prædicatū propositionis semper limitari per ipsum subiectū, idēdque non sumitur vnquā in suppositione vniuersali, sed in suppositione confusa. Neque dicas secundò, si dicatur, *Rationale est homo*, tunc rationale non significat totū hominem. Hoc enim nego, quia concretum significat formā & subiectū; sensus enim est, habēs rationalitatē est habēs humanitatē.

Prædicatū & subiectū debent adæquari.

D Tertia regula est: Quoties prædicatū, vel subiectum propositionis est nomen aliquod abstractū, tunc copula, est, non significat solā identitatem realem, sed etiā identitatem formale. Quoties autem prædicatū & subiectū nomina sunt concreta, copula, est, solam significat identitatem realem. Ratio est, quia nomen abstractum non significat nisi formam, nomen verò concretum, formam significat in subiecto: ergo abstractum significat necessariò formaliter: concretum verò non significat necessariò formaliter.

Significatio concreti & abstracti.

E His ita suppositis, facilius erit statuere quomodo concreta de se inuicē, & de abstractis possint prædicari, & vicissim abstracta de cōcretis, & de se inuicē.

Dico primò, concreta verè posse prædicari de concretis, modò sint aliquò modo eadem, v. g. *Homo est rationalis*: *Album est dulce*.

Concreta de se inuicem.

Ratio est, quia quoties concretum de concreto prædicatur, significatur duntaxat quod prædicatum & subiectum realiter vnum sint: sunt autem eadē realiter: ergo illa verè possunt prædicari de se inuicem.

Dico secundo, abstracta nunquā prædicari de concretis, nisi sint transcendentiā, vel aliquid increatum.

Abstracta de concretis.

Ratio est, quia prædicatio etiam identice falsa est, quando

quando prædicatum & subiectum non sunt idem realiter: sed quoties abstractum prædicatur de concreto, prædicatum & subiectum realiter non sunt idem, quia concretum substantiale, v. g. *homo*, dicit suppositum distinctum realiter à forma, quam solam significat abstractum, v. g. *rationalitas*: concretum verò accidentale significat subiectum, quod non significatur per abstractum; vt, *Paries est albedo*: ergo abstractum non prædicatur de concreto, vel substantiali, vel accidentali.

Concreta
transcenden-
tia & increa-
ta excipiun-
tur.

Excipiebam tamen primò abstracta & concreta transcendentia, qualia sunt entitas, vnitas, bonitas; licet enim dicere, *Ens est entitas*: *Petrus est vnitas*, &c. quia scilicet in illis concreta non continent aliquid distinctum realiter aut formaliter ab abstractis. Secundò excipiebam abstracta & concreta significantia diuinum aliquod attributum; nam etiam in diuinis veræ sunt huiusmodi prædicationes, *Deus est Deus*: *Deus est misericordia*: *Misericordia est Deus*.

Concreta de
abstractis.

Dico tertio. Concreta substantiua non prædicantur de abstractis, v. g. non valet hæc prædicationis, *Rationalitas est homo*. Concreta verò adiectiua prædicantur de abstractis, quorum subiecta sunt; vt, *Humanitas est rationalis*: non possunt autem de aliis prædicari; vt, *Albedo est colorata*.

Ratio est, quia, vt dixi, concreta substantiua includunt aliquid distinctum ab abstractis: ergo non possunt de illis prædicari, v. g. vitiosa illa est, *Humanitas est animal*: semper verò excipienda sunt prædicata, tum transcendentia, tum increata.

Concretum autem adiectiuum nihil prorsus includit, quod non includat abstractum nomen, quod est eius subiectum, v. g. cum dicitur, *Humanitas est rationalis*; terminus *rationalis*, non includit aliquid, quod sit distinctum ab humanitate: ergo concretum adiectiuum verè prædicatur de abstracto, quod est eius subiectum. De aliis autem abstractis prædicari non potest concretum adiectiuum, ob ratonem contrariam.

Triplex ob-
iectio.

Obiicitur primò. Verè dicitur, *Humanitas est species*: *Animalitas est genus*: sed genus & species concretæ sunt ex natura & abstractione: ergo concreta possunt prædicari de abstractis.

Resp. loquutiones illas rigorosè loquendo esse falsas, quia si essent veræ, humanitas prædicari posset de Petro, Paulo, &c.

Obiicitur secundò. Hæc propositio est vera, *Rationalitas est proprietas hominis*; conuenit enim vni, omni, & semper. Imò communiter dicitur, rationalitatem esse hominis differentiam.

Resp. illas etiam propositiones rigorosè loquendo esse falsas, si proprietas & differentia sumantur in concreto; si autem sumantur in abstracto, veræ sunt, vt statim dicam.

Obiicitur tertio. Verum est dicere, *Specieitas est species ad hanc & illam specieitatem*: ergo concretum prædicatur de abstracto.

Resp. negando conseq. quia specieitas hîc sumitur vt totum concretum ex natura, & abstractione; sicut humanitas est concretum respectu illius, & illius humanitatis.

Abstracta
de abstra-
ctis.

Dico quarto. Abstracta metaphysica, siue superiora sunt, siue inferiora, non possunt prædicari de abstractis diuersi nominis & definitionis: v. g. dicere non licet, *Humanitas est animalitas*: *Rationalitas est animalitas*; contra Suarezem disp. 6. sect. 10. Valq. 1. part. disp. 13. cap. 1. Hurtadum disp. 3. Log. sect. 3. Auerisam quest. 2. sect. 4. qui censent abstracta superiora prædicari posse de inferioribus, saltem specificis; bonam v. g. esse hanc prædicationem, *Humanitas est animalitas*. Contra quos

A Ratio sap. è indicata est, quia tunc vnum prædicari non potest formaliter de alio, quando formaliter & adæquatè non est vnum cum illo: abstracta metaphysica non sunt formaliter, & adæquatè inter se idem, alioqui non essent abstracta: v. g. animalitas non est adæquatè idem quod humanitas; non enim includit id totum, quod includit humanitas: ergo non potest abstractum prædicari de abstracto diuersi nominis, & rationis. Maior patet, quia idè falsum est dicere, *Homo est anima*, quia homo non solam includit animam. Sic cum humanitas non solam dicat animalitatem, falsum est dicere, *Humanitas est animalitas*; & certum est, quod pars nunquam prædicari potest de toto, hîc autem abstractum superius, v. g. animalitas, pars est humanitatis, quæ abstractum est specificum.

B Obiicitur primò. Vera est illa prædicationis, *Homo est animal*: ergo ista etiam vera est, *Humanitas est animalitas*. Obiectio triplex.

Resp. negando consequentiam; disparitas enim est, quia in concreto *animal*, suppositum includitur, atque ita totum saltem confusè significat, quod significat homo: at verò animalitas, cum abstractat à supposito, non includit totum villo modo, quod includit humanitas. Adde quod in concretis, vt sap. dixi, propositiones non sumuntur formaliter, sed identicè tantum; in abstractis sumuntur formaliter, idè verum est dicere, *Animal est rationale*: *Rationale est animal*; non licet dicere, *Animalitas est rationalitas*, cum differant formaliter.

C Obiicitur secundò. Eo modo quo dicitur animal se habere vt totum respectu hominis, quia est totum potentiale, quamuis sit pars essentialis; sic animalitas erit respectu humanitatis totum potentiale, quamuis sit pars essentialis.

Resp. esse disparitatem, quia animal ita est totum potentiale, vt sit etiam totum essentialis confusum, idè, quia includit suppositum, alioqui prædicari non posset de homine, nisi tantum identicè; sicut etiam animalitas prædicatur identicè de humanitate.

Obiicitur tertio. Istæ prædicationes bonæ sunt, *Humanitas est natura sensitiua*, *est natura corporea*: ergo potest abstractum de abstracto prædicari.

Resp. illas prædicationes esse bonas in sensu identico, falsas in sensu formali; quamuis etiam discrimen in eo est, quod illæ includunt genus aliquod analogum & transcendens.

§. III.

Regule speciales quarundam enunciationum.

P Ræter regulas illas generales, quas tradidi, quædam à Dialecticis traditæ etiam solent regulæ speciales, primò pro enunciationibus simplicibus, siue categoricis & compositis, siue hypotheticis: secundò pro absolutis & modalibus, tertio pro exponibilibus, & non exponibilibus, quas nuper definiui.

Dico primò. Pro enunciationibus categoricis veræ sunt hæc quinque regulæ. Prima. Propositio indefinita, in materia necessaria æquiualeat vniuersali; vt, *Homo est animal*. Vide nuper dicta.

E Secunda est: Propositiones contrariæ non sunt oppositæ secundum falsitatem, sed duntaxat secundum veritatem; idè, quæ licet possint esse ambæ falsæ, non possunt tamen esse ambæ veræ; v. g. ambæ istæ falsæ sunt, *Omnis homo est iustus*: *Nullus homo est iustus*; implicat autem vt veræ sint ambæ. Subcontrariæ opponuntur secundum falsitatem, non secundum veritatem; idè, esse possunt ambæ veræ, non possunt esse ambæ falsæ; vt, *Aliquis homo est iustus*, *aliquis homo non est iustus*. Contradictoriæ neque possunt esse ambæ veræ, nec ambæ falsæ; sed necesse

Regule pro
categoricis.

Disp. III. Quæst. II. de Verit. & Falsit. cognit. 51

neceffe est vt vna sit vera, & altera falsa; vt, *Omnis homo est iustus, aliquis homo non est iustus.*

Tertia regula est: Propositio negatiua contraria, plus negat, quam affirmet altera contradictoria affirmatiua, v. g. plus negat, *Omnis homo non est albus*; quam affirmet, *Omnis homo est albus*. Ratio est, quia vniuersalis affirmatiua solum distribuit subiectum, non autem prædicatum; negatiua prædicatum etiam distribuit.

Quarta: negatio mutat quæ sunt post se, non ea quæ sunt ante se: v. g. si dicatur, *Non omnis*, tunc signum est particulare; manet autem vniuersale, si dicatur, *Omni non*; & æquiualeat signo nullus.

Quinta regula est: Propositio negatiua in non reduplicatiua æquiualeat infinitæ, v. g. ista, *Homo non est animal*; æquiualeat isti, *Homo est non animal*. In reduplicatiua autem non æquiualeat infinitæ, v. g. hæc, *Petrus non est albus essentialiter*; non isti æquiualeat, *Petrus essentialiter est non albus*. Vt autem hoc verum sit, opus est vt modus ipse infinitetur, v. g. verum est, *Mysterium Trinitatis non est euidenter possibile*; falsum autem, *Mysterium Trinitatis euidenter est non possibile*; sed dici debet, *Mysterium Trinitatis non est euidenter possibile*.

Regula pro hypotheticis.

Dico secundò. Pro enunciationibus hypotheticis, seu compositis, hæc axiomata vera sunt. Primum. Potest conditionalis propositio esse vera, licet conditio naturaliter sit impossibilis; v. g. potest hæc esse vera, *Si digito cælum tetigeris, dabo tibi centum nummos*. Secundum est: conditionales disparatæ, v. g. hæc, *Si cras audias Missam, Petrus Roman ibit*; non sunt nisi verbo tenuis conditionatæ, sed in rigore sunt copulatiuæ, ita vt sensus sit, *Cras audies Missam, & Petrus Roman ibit*, quia nihil est in antecedenti, quod habeat connexionem cum consequente. Tertium est: Enunciationes copulatiuæ & illatiuæ tunc necessariae sunt, & veræ, cum vtrique pars vera est, & necessaria; falsæ, si altera pars falsa sit, vel contingens, vt hæc vera est, *Homo est rationalis & risibilis*; falsa ista, *Homo est rationalis, & equus est risibilis*. Disiunctiua vera est, si vel vna pars vera fuerit; vt, *Vel dies est, vel nox est*. Quartum est: Conditionales veræ in materia necessaria, sunt necessariae; falsæ verò sunt impossibiles: v. g. ista est necessaria, *Si homo est rationalis, est risibilis*; ista impossibilis, *Si homo est rationalis, est lapis*. In materia verò non necessaria conditionales veræ non sunt necessariae, neque falsæ sunt impossibiles; vt, *Si cras sudum sit, equitabo*; si enim verum hoc sit, non est tamen necessarium; nec est impossibile, si sit falsum. Ratio est, quia conditionales in materia necessaria illatiuæ sunt; enunciatuæ autem duntaxat in materia non necessaria. Quintum: disiunctiua tunc est necessaria, quando vtrique pars est impossibilis, siue vtrique pars sit contingens, siue non: *Petrus stat, vel non stat*.

Regula pro modalibus.

Dico tertio. Pro enunciatione modali axiomata vera sunt. Primum. Propositiones modales habent aliquando sensum compositum, per quem scilicet prædicatum aliquod tribuitur subiecto pro eodem tempore, quo habet aliam formam impossibilem; aliquando habent sensum diuisum, per quem tribuitur prædicatum subiecto pro diuerso tempore, v. g. *Stantem sedere est impossibile: Prædestinatum damnari possibile est*. Secundum est. Omnes modales veræ sunt necessariae; omnes falsæ sunt impossibiles, v. g. *Possibile est, hominem esse album*, non est contingens sed necessarium, quia quod est possibile, necessarium est possibile; quod est contingens, necessarium est contingens. Tertium. Modalis de necesse vera est, modo eius dictum reduci possit ad propositionem.

R. P. de Rhodes curs. Philosoph.

A nem absolutam necessariam, v. g. hæc vera est, *Necesse est hominem esse animal*; quia resoluitur in illam, *Homo est animal*. Quartum. Modalis de impossibili est vera, cuius dictum resoluitur in propositionem absolutam impossibilem, v. g. hæc vera est, *Impossibile est hominem esse Angelum*, quia resoluitur in hanc impossibilem, *Homo est Angelus*. Quintum. Modales de impossibili affirmato non conuertuntur, v. g. non valet, *Impossibile est omne animal esse hominem*; ergo est impossibile omnem hominem esse animal.

Pro enunciationibus exponibilibus.

Dico quartò. Pro enunciationibus exponibilibus hæc sunt axiomata. Primum. Propositio exclusiua, in qua scilicet est particula *tantum*, vel alia æquiuallens, resolui debet in duas categoricas; vt, *Petrus tantum currit*, significat, *Petrus currit, & nemo alius currit præter ipsum*; particula enim *tantum*, vt vides, negationem importat. Secundum. In propositione exceptiua, vbi scilicet ponitur particula *præter, nisi*, aut alia similis, terminus à quo fit exceptio, debet esse terminus communis distributus, idest, supponens vniuersaliter; ideo hæc non est exceptiua, *Aliquis discipulus præter Petrum studet*; sed potius exclusiua, *Non Petrus tantum studet*. Tertium est. Vt propositiones reduplicatiuæ sint contradictoriae, negatiua debet negare ipsam etiam particulam reduplicantem; vt, *Petrus in quantum homo est albus*; contradictoria est huic; *Petrus non in quantum homo est albus*. Si autem diceretur, *Petrus in quantum homo non est albus*, contraria esset primæ, & vtrique falsa. Quartum est. De essentia cuiuscunque propositionis, vt virtualiter & implicite asserat se esse veram, idest ita rem esse vt enunciat, v. g. hæc propositio, *Petrus studet*, innouit implicite aliam, *Verum est Petrum studere*. Sicque falsa est omnis propositio negans se veram esse, vt cum quis dicit, *Ego mentior*, nihil aliud dicens: vt ostendam, agens de propositionibus quæ se ipsas falsificant. Quintum est. Pactum non potest procedere de propositione quæ sit destructiua pacti, alioqui obligaretur aliquis ad impossibile; dicat v. g. Deus, *Dabo tibi gratiam ex suppositione, quod dicas verum*; ego autem dicam, *Non dabis mihi gratiam*. De qua item falsitate, mox videro.

QVÆSTIO II.

De veritate & falsitate, prout est proprietates enunciationis.

V^Eritas primum hominis bonum, & primarij Solis, teste Nazianzeno, in creaturis spiritualibus prima participatio, radiis, & totius maiestatis Dei, exponenda hoc loco est accuratè, tanquam proprietates vera iudicij, cuius essentiam & condiciones hæcenus dixi. Cum autem duplex illa sit; transcendentalis, omnibus entibus communis; & formalis, propria cognitionis, illam dabo plenè in *Metaphys.* de ista hîc tria disputo: primò, quid sit; secundò, in quo subiecto sit, idest in quo intellectus actu sit veritas; tertio speciatim de veritate propositionum de futuro contingenti, tum absoluto, tum conditionato est inquirendum.

SECTIO I.

Quid sit veritas & falsitas cognitionis.

T^Ria complector hoc titulo: primò, vtrum veritas sit conformitas cognitionis ipsius cum re; secundò,